Anno 1532 d. 15 Junii — Ex. M. S. B. Zal.

# P. Tomicius Episcopus Cracovie, Vicecancellarius Francisco de Frangepanes Archiepiscopo Colocensi

146

Rme in Christo Pater et Domine major honorande. Reddite sunt mihi litere Dominationis Vestre Rme quibus mihi et Domino Castellano scribens utrumque Nostrum accusat, quod quo tempore isthuc missus erat cubicularius Mtis Sue Regis Nostri cum literis ad Summum Regem Nostrum nihil ad se scripserimus, cum tamen et amicitie Nostre vinculum, ejus generis officium a Nobis postularet, et neque argumentum, neque tempus ad scribendum defuisse Nobis videatur.

Cujus excusatio etsi nos negare non possumus silentium ipsum justa Causam et occasionem prabuisse. Fateri tamen Nolumus silentii vel taciturnitatis culpam ad aliquem Nostrum pertinere, nam ut ab amico inimicum faciam de Castellano Cracovie, illo tempore quo Nuncius mittebatur longissime hinc aberat, sicut et hoc tempore abest, et ego persuasum omnino, ex ceteris conjecturis et relationibus apud me habebam Dnem Vestram Rmam isthic presentem esse non debuisse. Qua sola

mea

Mea persuasione et non neglientia vel oblivio
ne ulla factum est, quod nihil tum ad illam li=
teras dederim, daturus alioquin, non gravatim
ad illam sicuti et Rmum quoque Dominum Sir=
mien dederam, si haec dubitandi ratio mihi tum
in Mentem, non venisset.

Quare Dominatio Vestra Rma id quod ex
Occasione et errore contigit non nobis vicio verte
re sed tempori et rei ipsi ut facta est, tribuere velit

Ceterum ad illa quae Dominatio Vestra Rma con
tra Caesareae Majestatis rationes prudenter et copio
se disputavit, ego cum Domino Castellano respon
derem libenter et ex meo judicio aliqua in medium
afferrem, sed non puto ut nobis liceat, hoc tempore
quidpiam, ex sententia Nostra his de rebus scri
bere, praesertim cum nec literae Nunciis, nec literis
Verba tuto hoc tempore committantur, hoc sal
tem silentio nolumus praeterire Dominationis
Vestrae Rmae disputationem et prudentissimas
in singulis rationibus, considerationes summe no
bis placere, et probari, a quibus in nullo alio
disentimus, nisi in hoc quod ubi Dominationi
Vestrae Rmae disputationem et prudentissimas
in singulis rationibus considerationes summe

Nobis

Nobis placere et probari a quibus in nullo alio dissentimus nisi in hoc quod ibi Dominationi Vestrae Reverendissimae videbatur ad Rem plurimum pertinere ut quae et literis et per cubicularium Majestatis Domini Nostri ad Summum Dominum Ungariae Regem huic sint transmissa, per aliquem insignem Oratorem fuisset honoris causa declarata Nobis propterea hoc non videtur fuisse vel necessarium, vel commodum, quod in tam angusto temporis spacio quod tum adhuc ad finem annalium induciarum restabat, non potuisset illam celeritatem itineris gravis Orator cum Comitatu suo consequi quam levis et expeditus Nuncius est consequutus et quam etiam rei agendae occasio magnopere videbatur postulare,

Huc accedit quod in re concordiae ea quae utilia essent, non quae fastum praeseferrent, spectanda et amplectenda, Nobis ducebamus; In his tamen si nos tentare nolet, Dominatio Vestra Reverendissima officium Nostri ipsa extra culpam esse testabitur, quod quemadmodum ab initio rei fecimus nunc etiam integerrime et cum summa diligentia ad omnem Publicae utilitatem, occasionem accommodaturi sumus adjungendo industriam Nostram curae solicitudini et Authoritati illi Domini Nostri

quam

Quam hucusq Majestas sua undesinit Reipublicae Christianae praestare. Quaecunque enim pertinere ad fructum transigendae concordiae arbitratur illa utrinq insinuat, suadet et per Nuncios hinc inde partibus transmittit. Nunc etiam cum ad Caesaream Mtem scripsit ut si de suo et fratris Sui Romanorum Regis animo certam aliquam significationem facere, an ex animo et serio concordiae tractationem aggredi vellet, duxit, ex re esse Majestas sua ut vicissim uterea dum responderet, Caesar a Suo Domino Rege, Ungariae certior fiat, an sit omnino in Wratislaviensem Civitatem vel alium Germaniae locum suos missura ad tractandum de concordia et Pace Oratores, qua sola de causa cum isthuc praesentem, mittat Majestas sua Cubicularium, erit prudentiae et officii Dominationis Vestrae Rmae persuadere Mti V Serm Regis sui, ut hac in re certam voluntatem suam Nostrae Regiae Majestatis aperiat ut illa cognitum habens utriusq partis animum facilius consilia et persuasiones suas ad utilitatem rei gerendae commodare valeat. Factura in hoc Dominatio Vestra rem non minus suae quam universae Reipublicae Christianae utilem et ad celeritatem suscipiendi Negocii prorsus necessariam. Cujus ego me amovi ecd—

Cracoviae 15 Junii An. Dom. 1532—